



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Austerus nimium sibi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

Deum tutissimum Reipublicæ præsidium, & ornamentum in eo constitutum haberent. Adeò ut & coram Catholicis, & coram Hæreticis de eius præsentia aperte gloriarentur. Abstitit ergo Provincialis incepto, mandavitq; ut magna valetudinis eius cura haberetur. Sed bonus Pater, inquit, sibi nimis durus est, nec facile acquiescit in eiusmodi rebus ob nescio quos scrupulos. Scrupuli (quantum coniecturam aperit tenor vitæ totius) erant necubi communis seueritatis expers haberetur : neu quid priuatim indulgeretur sibi. Ut n. humana procliuitas coercenda in multis est, ne ultra desideria naturæ excedat, ita erat in Canisio stimulanda virtus, ne citra necessitatem plus æquo consisteret. Mansit igitur in eadem statione viuendo semper animo, & laborum auido, & inexplebili. quamuis grauior in dies cum ætate fieret valetudo : nec abstitit ab ordinario dicendi munere ante annum seculi eius octogesimum octauum, cum iam vox, viresq; defecissent.

Sed & stylum tum maximè hortatu Patrum ad leuioris operæ lucubrationes resumpsit, præfertim ut limaret, ederetq; tot annis habitas tanto cum pietatis incremento conciones. Maluit
r ille

Austerus nimium sibi.